ptum eſt Cui plus donauit plus requiretur ab eo·

Veneranda ſacerdotū dignitas· ſi digne et ſacerdota
liter vixerit· intra quoꝝ man⁹ velut in vtero vginis
fili⁹ dei incarnat̄· O celeſte miſteriuꝫ· quod per vos pater et fi-
lius et ſpūſſanctus tam mirabiliter operatur· quod vno eodē-
qꝫ momento idem deus qui preſidet in celo· in manib⁹ veſtris
eſt ſacrifitiū· Gre· Hoc tam inſigni priuilegio ſtupet celū· mira
tur terra· veretur homo horreſcit infernus· cōtremiſcit diabo-
lus: venerat̄ angelica celſitudo· Quid ergo retribuā dn̄o pro
om̄ib⁹ que retribuit mihi· verbi gratia· Iſte qui creauit me de
dit mihi creare ſe qui creauit me ſine me· creator mediante me
Quid ergo retribuā dn̄o pro tam ſinglari dono ſacerdotij mi
hi impenſo quod eſt datuꝫ optimū et donū pfectū. quaſi dicat
neſcio· niſi duo minuta· ſcꝫ corpus et animā· corpus in ſeruitu
tem et animā in laudē· vn̄ pſal. Lauda anima mea dn̄m.

Onſiderate ergo miſerabilem veſtre excellentie digni-
tatem· ꝙ vos deus non ſolū ꝑ cetero genere ordinauit
ſed etiā pre cūctis creaturis quas ad laudē et gloriā noīs ſui
creauit. vñ dñs Ego conſtitui te ſup gentes et regna vt euellas
peccati maculā. ⁊ edifices corda hoīm penitentiā agere volen
tiū. et diſpdas errores et plantes virtutes in animab⁹ viuificā
dis. vñ dñs Ego vos elegi de mūdo et poſui vos ad grām ve
natis volendo. et fructū afferatis fideliter opando· et fruct⁹ ve-
ſter maneat in eternū ꝯgregādo Ber· Nullus fructus carior
deo eſt ꝙ̄ fructus aiaꝝ· ꝓ quibus mortē ſuſtinuit fili⁹ dei Qui
enī deo in oībus homib⁹ lucrant aias per baptiſmū· regene-
rant per confeſſionē. et per penitentiā reuocāt. et eos ſacramen
to eukariſtie cibant· quaſi dicat nullus niſi ſacerdotes Mala-
chias Labia ſacerdotū cuſtodiunt ſcientiā ſcz dei. qr angel⁹ do
mini exercituuz eſt· Angelus in ꝯuerſatione angel⁹ in diuina
rū gratiaꝝ actione· angelus in ardore charitatis· angelus i ſub
iectionis humilitate Salua reuerentia angeloꝝ· quoꝝ infinit⁹
eſt numerus. dico ꝙ maiores eſtis ꝙ̄ angeli· ⁊ precellitis dig-
nitatē eoꝝ largo mō loqn̄do Cui nāqꝫ āgeloꝝ tradidit de⁹ qd̄
datū ē ſacerdoti. ſ· Quodcūqꝫ ligaueris ſup terrā erat ligatuz

Ota due ſunt claues· ſcz ſcientie et po et in celis
teſtatis· date a dño beato petro· et ceteris homib⁹. non
omib⁹· ſed ſolis ſacerdotibus et ſucceſſoribus ſuis· licet enī ſo-
lus de⁹ pctā remittat· tamē nūꝙ̄ vl raro ſine ſuis miniſtris· ſ·
ſacerdotibus· Quod poteſt ꝓbari per leproſos· quos cū dñs
mūdaſſet dixit Ite oſtendite vos ſacerdotib⁹· et hūiliter obedi
te· et dum irent mūdati ſunt Probari etiā poteſt ꝑ laſaꝝ. quē
cū dñs ſuſcitaſſet a mortuis dixit diſcipulis ſuis· ſoluite eum et
ſinite abire Et quare ipſe dñs nō ſoluit eū a vinculis cordis ꝙ̄
ſoluerat eum a vinculis mortis· et quare nō iuſſit mariā ⁊ mar
tham ſorores eius ſoluere· vel iudeos cognatos eius· qui erant
ei ꝓpinquiores debito naturali· ꝙ̄ diſcipuli domini Per hoc e-
uidenter patet et ꝓbat ꝙ ſolis ſacerdotib⁹ a dño data eſt pote

laudabilem conſuetudinem immutare Nō debet aūt ſacerdos aliquis in huiuſmodi caſibus ius dicere· ſed apud ſupiorem de ponere querelam et libere et abſq3 difficultate conferre eccleſia ſtica ſacramenta ¶ Item mulieri ſcdo nubenti nullus ſacerdos benedictionē impendere debet· quia cū in primo matrimonio fuerit benedicta non eſt benedictio iteranda niſi loci conſuetudo aliter obſeruaret ¶ Item qn̄ aliquis de cōtrahēdo matrimonio fidem dedit alicui mulieri· nullatenus cōiungat eū ſacerdos matrimonialiter alij mulieri· etiā ſi primā3 non ꝯgnouerit carnaliter niſi aliquod aliud eſſet euidēs impedimentū canonicū inter primos ꝓpter quod nō poſſent legittime copulari ¶ Si aūt de impedimēto an ſit legittimū dubitetur· eps̄ conſulatur ¶ Uerū qm̄ ꝓpter teſtiū falſitatem contingit interdū vera et legittima cōnubia illegittime ſeparari· cauendū eſt omnino ne cauſa diuortij coram aliquo ventilet̄ niſi coram epiſcopo vel corā alio de mandato eius ſpeciali ¶ Item presbiteri pluries in anno mulieres cōiugatas monere debent in eccleſia ne vota faciant abſq3 viroꝝ ſuoꝝ conſenſu· et niſi de ſuorū conſilio ſacerdotum ab illis votis etiam maxime precauentes que poſſent inter ipas et viros ſuos diſcordiam ſeminare

## De ſacramento extreme vnctionis ¶ Capitulū· viij·

Ad ſacramentū extreme vnctionis moneant populum ſacerdotes vt oēs tam diuites q̄ȝ paupeꝛes ipm qn̄ graui laborant infirmitate petant et deuote ſuſcipiant· q2 ſicut dicit beatus Iacob⁹ apl̄us Per illud peccata venialia dimittūtur et qn̄q3 alleuiatur infirmus et qn̄q3 etiā ad verā cordis cōtritionē et ad eterni gaudij conſiderationē per eā incitatur. Doceant aūt populū ſacerdotes hoc ſacramētū poſſe licite iterari in q̄cunq3 infirmitate de qua mortis periculū timeatur· et poſt ſuſceptū licite ad opus cōiugale redire eū qui conualuerit ab infirmitate ¶ Illud aūt diſtricte presbiteris eſt cauendū ne diaconos ad audiendas infirmoꝝ confeſſiones mittāt cū epiſco

pi abſoluendi eos non habeant poteſtatem tamē abſenti ſacer dote infirmum diaconus viſitare poteſt· et ad veraꝫ cordis cō tritionē inducere et ſi in eo viderit vera penitentie ſigna et ma gnam voluntatem cōfitendi et cōmunicandi ſi copiā ſacerdotꝭ haberet· poteſt et dꝫ eum confortare et ſpem ſalutis firmā da re non obſtāte abſentia ſacerdotis· q̄cito autem ſacerdos vene rit feſtinet infirmum huiuſmodi viſitare eius confeſſionem au diturus et ei ſacramentū dominici corporis delaturꝰ Infirmū autem in extremis laborantem et digne penitentē ab om̄ibus peccatis et excōmunicationibus abſoluat ſacerdos· et ei nullaꝫ penitentiam iniungat· ſed dicat eidem ꝙ ſi de infirmitate cōua luerit ad ſacerdotem feſtinet et tunc ei penitentia competens in iungatur et ſi excommunicatus erat ad eum qui eum excōmu nicauerat dirigatur· qui ſe illi vt iuri pareat repreſentet. Quod vt faciat debet ab eo ſacerdos qui eum in extremis abſoluit ſuf ficientem recipere cautionem Quod ſi infirmus obierit excom municatus carebit eccleſiaſtica ſepultura licet penitens ſit do nec per excommunicatorem ſuum abſoluatur et tunc de man dato ipſius niſi aliud obſiſtat impedimentū legittimum pote rit in cimiterio ſepeliri Cum aūt anima multo precioſior ſit corpore prouideat ſacerdos ne aliquis medicorum vł aliq̄ mulier ſortilega pro corp̄ali ſanitate aliquid parrochiano ſuo egroto conſulat quod in eius anime periculum conuertatꝛ Sa cerdos v̄o audita morte p̄rochianoꝝ ſuoꝝ eos ſtatim abſolue re dꝫ dicendo pſalmū Deprofundis cum collecta Inclina· ſi vir fuerit vł cū collecta Queſumꝰ dn̄e· ſi mł'ier fuerit Mł'ieres quoqꝫ in partu mortue ſcindātur· ſi tn̄ infans viuere credatur·

## De negotijs et offitijs clericoꝝ Capitulū· ix·

Sciant aūt om̄es ſacerdotes ꝙ Innocentius· iij· in cō ſilio generali· de vita et honeſta· de· ordinauit in hunc modū Clerici offitia vł negotia ſecularia nō exerceant inho neſta Mimis ioculatoribus et hiſtrionibus non intendant· et tabernas prorſus euitēt niſi forte cauſa neceſſitatis in itinere

conſtituti Ad aleas nō ludāt vel taxillos nec huiuſmodi ludis
interſint Coronā et tonſurā habeant cōgruentē et ſe in offitijs
eccleſiaſticis de alijs bonis ſtudijs exerceant diligenter Qui ſi
beneficiati ſūt aut in ſacris ordinibus ꝯſtituti clauſa· deferāt de
ſuper indumenta · nimia breuitate vel longitudine non no-
tanda Pannis rubeis vel viridibus necnon manicis aut ſo
tularibus conſutitijs aut roſtratis frenis· ſellis. pectoralibus-
calcaribus deauratis· vel aliam ſupfluitatē vel vanitatem ha-
bentibus non vtantur neqꝫ cappis manicatis infra eccleſiā · ſed
nec extra qui in ſacerdotio aut in perſonatibꝰ conſtituti Cultel
lum cum cuſpide non deferant nec comā nutriant niſi iuſti cau
ſa timoris Fibulas vel corrigeas auri vel argenti ornatū habē
tes nō ferāt· ſed nec annulos niſi quibus cōpetit ex offitio digni
tatis· nec cuphias lineas Porro negotia ſeclaria ſicut dicit cō
cilia· magūtineñ· ſunt munera iniuſta accipere vł dare Cōten
tiones lites rixas amare· in placitis ſecularibus diſputare exce
pta defenſione orphanoꝝ vel viduaꝝ Turpis facti vł verbi eſ
ſe ioculatorē vel iocū ſecularem diligere In delitijs velle viue-
re gulam et ebrietatē ſequi pondera iniuſta vł menſuras habe
re canes vł aues ſequi ad venandū ⁊ omībꝰ quibuſlibꝫ cauſis
ſupfluis intereſſe qđ et his ſimilia miniſtris altaris interdici-
mꝰ De quibꝰ ad Thimotheū ait apl's Nemo militās deo im-
plicat ſe negotijs ſecularibus. vt ei ſeruiāt cui ſe ꝓbauit· Sub
pena ſuſpenſionis offitij et bñfitij omībus ſacerdotibꝰ et cleri-
cis in ſacris ordinibus conſtitutis inhibetur ne aliqua occaſio
ne vel neceſſitate in domo ſua vel alibi teneant vł habeant mu
lierem· aut freqn̄tent locum in quo ipſa manet· de qua poſſit ſi
niſtra ſuſpitio ſuboriri· Vñ populus ſcandaliſetur Incū
bit autem archidiaconis et archipreſbiteris et decanis ruralis
bus. vt tales epiſcopis denuncient vel accuſent vt almaꝝ ſtra
ges quā ipſi faciunt et facto et ſcandalo per eoꝝ prouidentiam
euitetur. Item inducit ſupradictus Innocentiꝰ in cōſilio
generali. Caſte viuere ſtudeant vniuerſi preſbiteri in ſacris

oꝛdinibus conſtituti· et ab omni libidinis vitio precauētes maxime illo pꝛopter quod venit ira dei in filios diffidentie quatenus in conſpectu omnipotentis dei puro et mundo coꝛde valeant miniſtrare Si quis tamē hac de cauſa ſuſpenſus preſbiter celebꝛare diuina pꝛeſumpſerit· non ſolum eccleſiaſticis beneficijs ſpolietur· verumetiam pꝛo duplici culpa perpetuo deponatur Si quis vero concubine ſue publice (que pꝛopter foꝛnicationem quā cum ipſo cōmiſit excommunicata eſt) auſ⁹ fuerit carnaliter cōmiſceri· ipſo iure eſt excōmunicationis vinculo irretitus· Vñ Gregoꝛius papa.ix. Si concubine publice clericoꝝ eccleſiaſtice cenſure diſtrictione notentur· eoſdem concubinarios non eſt dubium ſententia maioꝛis excōmunicationis inuolui· qui poſt latam ſententiam communicant in eodez crimine criminoſis Et ſciendū eſt ꝙ ſi in iſta vel qualibet alia maioꝛis excōmunicationis ſententia clerici oꝛdines ſuſceperint· vel in ſuſceptis ſacris oꝛdinibus miniſtrauerint irregularitatem incurrunt ſupꝛa quā non niſi per ſedem apoſtolicā poterit diſpenſari Laboꝛare debent etiam pꝛo viribus ſacerdotes ne cleri aliqui vel laici publice habeāt in ſuis parrochijs concubinas· et ſi poſt trinam ammonitionē habuerint tā ipſe ꝙ̄ ipſa ab ingreſſu eccleſie donec dimiſerint arceātur Null⁹ clericus debet dictare vel ſcribere vł pꝛonunciare ſententiā ſanguinis· vel litteras pꝛo vindicta ſanguinis deſtinandas exercere· nec vbi exerceant̄ intereſſe: nec domū ſuſpectam niſi cū grauibus perſonis et famoſis intrare Item nullus ſacerdos habere debet curam duaꝝ eccleſiaꝝ quaꝝ vna ſufficit competenter niſi vna dependeat ab altera· et niſi de diſpēſatione ſedis apoſtolice ſpeciali Nullus aūt ſacerdos habens curam animarū debet eſſe vicarius in parrochia aliena Itez ſacerdotes vicarijs alterius dioceſis indigentes anteꝙ̄ eos ad officiū ſacerdotale admittant licentiam ab epiſcopo obtinere debent qui niſi litteras teſtimoniales epiſcopi ſui exhibeant non debent admitti Officiū diurnum pariter et nocturnum dicere debent ſa

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

cerdotes diſtincte et aperte inquantū dn̄s dederit· et deuote km
eccleſie cathedralis Et etiā clerici in ſacris ordinibus conſtituti
quod etiam ad illos extendit· qui ſunt in minoribus ordinibꝰ
conſtituti ſi ſint intitulati Itē dicit Innocē ·iij· in conſilio
generali eccleſiaꝝ queſtores quoꝝ quidā abuſiones nōnullas
in ſua predicatione ꝓponunt. et interdum errores admitti· niſi
per apoſtolicas· vel dioceſani nō preteriti· ſed pn̄tis litteras ve
ras exhibeant ꝓhibemus· et tunc preterit quod in ipſis conti-
nebitur litteris nihil populo proponere promittant· ſed indul
gentiā ſi quā forte habent abſq̧ predicatione breuiter exponere
vl̄ per illius loci preſbiteꝝ ſi queſtor ad alias eccleſias ire volue
rit poterit indulgentia vera et elemoſina colligi Quā ſi forte ſa
cerdos collegerit abſq̧ diminutione queſtori reſtituat· ne a ſum
mo iudice forti iuditio cōdemnet· nec petat aliquid ꝓ labore· ſꝫ
ſit dn̄s merces eius Itē queſtores nō ſūt permittendi miſ-
ſas ſuꝑ archas celebrare· quoꝝ etiā litteras inſpicere dn̄t ſacer-
dotes ſtudioſe· ne in ipſis aut ſigillo aliqua ſit falſitas ſubordi
nata· et ſi inuēta fuerit non eſt recipiendꝰ queſtor· ſed falſitas
huiuſmōi ep̄o eſt intimāda. vl̄ potiꝰ ei falſa littera deſtināda
Itē ſacerdotes niſi velint queſtoribus neceſſaria nō tenent mi
niſtrare· niſi ep̄s expreſſe in lr̄is ſuis hoc mādat Attēdere dn̄t
inſuꝑ attētiſſime ſacerdotes ne p̄dicationes clādeſtine fiant in
prochijs· eorūdē hoc em̄ reprobat dn̄s i euāgelio dicēs Ego
palā locutꝰ ſū in mūdo· et in occulto locutꝰ ſū nihil quas ſi for-
te (qd̄ deus auertat) in prochia ſua inuenerit laborare dꝫ ꝓ vi-
ribus q̄ꝓtotiꝰ extirpare· ⁊ nihiloīnꝰ ep̄o nūciare· facti tn̄ deo au
tori forma gregis· per ſanctam ꝯuerſationē ipi preſbiteri incu
rati ſancte p̄dicationi in eccleſijs ſuis inſiſtāt ꝓ viribus· vt ſic ⁊
v̄bo predicent et exemplo Alioquin vltionē diuinā dn̄t ad mo
dū formidare Ait em̄ dn̄s ad ezechielē ꝓphetā Fili homis ſpe-
culatorē dedi te domui iſrahel Audiens ergo ex ore meo ſermo
nē ānūciabis ex me Si me dicēte ad impiū morte morieris· ⁊

nō fueris locutꝰ· vt ſe cuſtodiat impiꝰ a via ſua· ipſe impiꝰ in ini quitate ſua morieť Si āt ānūtiāte me ad impiū: vt a vijs ſuis ꝯuertať nō fuerit ꝯuerſꝰ a malitia ſua ipſe in iniquitate ſua morieť· porro tu aīaȝ tuā liberaſti. ſanguinē aūt eiꝰ de manu tua re

De immunitate eccleſiarum et reruȝ C quiram ad eas pertinentium Caplm· x·

Vpellectilia ſacerdotū et etiā alioꝝ· aut dolia vł carnes aut horrea vł arche· niſi ad tenendū libros vł pānos aut veſtes eccleſie minime in eccleſijs admitti dn̄t niſi ꝓpť hoſtiles incurſus aut incendia repētina· aut propter alias neceſſitates vrgentes· quibus ceſſantibus res in loco priſtino ponende ſunt. Item non ſunt habendi in eccleſijs matricularij· ita ꝙ poſſint iure hereditario offitium huiuſmodi poſtulare Itē nullus in cimiterio dȝ edificare nec domos nec dirutas edificari iterū eſt permittendum Item laborare dn̄t ſacerdotes pro viribus ne in cimiterijs vel eccleſijs choree ducantur· quia ſicut dicit btūs Auguſtinꝰ Melius eſt in diebus domiicis arare et fodere ꝙ̄ choreas ducere Illď aūt tanꝙ̄ venenū ſimoniace prauitatis eſt oīno cauendū· ne illi quibus eccleſie conferuntur eas cum noui cenſus impōne aut veteris augmētatione· vel qualibet diminutione iuris capellanie ſuſcipiant· ſed in priſtina libertate Sacerdotes quoqȝ oīes eccleſie ſue reditus in miſſalibus ſuis ſcribere dn̄t Itē nullꝰ res eccleſie ſibi cōmiſſas mobiles vel immobiles alienare dȝ· ſed ſi ſūt aliqua alienata inquantū fieri poterit debet vocare Nullꝰ etiam reſignare dȝ eccleſie ſue niſi manu epiſcopi Itē curare dn̄t eccleſiarum rectores ne modū nouū repetēdi decimas primicias oblationes procurationes· vel alia eccleſie iura inueniant· vł laicis imponant abſqȝ licentia epiſcopi· vł mandato. ſed modus in parrochia ꝓbatus et viſitatꝰ a ſingulis in ſuis parrochijs obſeruandus eſt Item ſinguli ſacerdotes ſigillū habere debent cum quo ſigillent de citationibus et ammonitionibus et alijs per eos factis nequeant dubitari.

## De obſeruatione ieiuniorum. Capl'm. xi.

Acerdotes populũ inducere dn̄t. vt om̄es etatē hn̄tes
legittima obſeruēt ieiunia ꝑ ſuis virib⁹ ab eccleſia in-
ſtituta Sicut eſt ieiuniũ quadrageſime et quattuor tp̄m ⁊ vigi
lia natalis dn̄i. ſancti iohānis baptiſte. ſancti Laurētij Aſſũp
tionis beate marie Om̄ ſanctoꝝ apl'oꝝ. maxie illoꝝ quoꝝ hijs
ꝯſibus continentur Petrus ⁊ andreas iacob⁹ cũ ſimōe iudas
Ut ieiunem⁹ nos ammonet atq̃ matheus. Ab hoc ieiunio ex-
cipit vigilia beate Johānis euāgeliſte q̃ infra natale dn̄i eſt. et
Phillippi et iacobi qui infra ſolēnitatē paſchalē accidit. Eſt eti
am cōmendabile et ſalubre in aduentu dn̄i ieiunare illis quib⁹
dominus dedit voluntatem et facultatem Sanctoꝝ quoq̃ vi-
gilie quorum feſtiuitates in ſecundam feriam accidunt nō ſunt
in die dominica. ſed in precedenti ſabbatho ieiunande. Mone-
re debent etiam ſacerdotes parrochianos ſuos. non tamen cō
pellere. vt laudabilem conſuetudinem quarundā dioceſuꝫ imi
tantes. in quarta feria et in ſabbatho niſi in neceſſitate vrgenti
vel in ſolennitatibus precipuis ab eſu carnium abſtineant. et e
tiam in aduentu Illi quoq̃ qui nec voto nec regulari ab-
ſtinentiā ſunt aſtricti. in ſexta feria ſi in ea natalis domini euene
rit carnibus veſci poſſunt Si quis autem dominica prima
quadrageſime carnes oua vel lacticinia comedere preſumpſe-
rit quod quidam ſortilegi in anime ſue periculum facere referū
tur durius corrigantur.

## De feſtiuitatibus Capl'm. xij.

Olennitates obſeruande ſunt iſte vicꝫ. Natalis domi
cum tota ebdomada. Circumciſionis Epiphanie do-
mini ipſius. Item etiam feſtiuitas Annūciationis marie
Item feſtum inuentionis et exaltationis ſancte crucis Et ſan-
ctum paſcha cum duobus ſequentibus diebus Aſcenſio domi
ni Dies penthecoſtes. ⁊ duo dies ſequentes Feſtū ſancti Jo-
hannis baptiſte Et omniū apoſtoloꝝ Sancti laurentij San
cti michaelis Om̄ ſanctoꝝ Sancti martini feſtum patronꝫ

eccleſie·et dedicationis ipſius.et omnes dies dominici De
aduentu autem domini ſciendum ꝙ ſemper prima eius domi=
ca eſt illa que proxima eſt feſto ſancti andree apoſtoli·ſiue ante
ſiue poſt·ſiue in ipſo eiuſdē apoſtoli feſto·dominica euenerit vñ
verſus·Andree feſto vicinior ordine quouis Aduentū domi=
ni prima colit feria Si cadit in lucem domini celebratur ibidē·

De biſexto Capitulum·xiij·

Sciendum etiam eſt ꝙ in anno biſextili computantur
ſuper·vi·calendas marcij·vbi eſt littera s·duo dies·et
in vltimo celebratur feſtum ſancti mathie apoſtoli·vñ verſus
Biſextum ſexte martis tenuere calende Poſteriori die celebrā
tur feſta mathie·

De die paſche Capitulum·xiiij·

De die paſche ſciendū eſt ꝙ ſemper celebratur in do=
minica tertia lunationis illius que primo occurrit no
ua poſt nonas marcij.vñ verſus Poſt martis nonas lune p̄=
mordia queras Eius lux terna domini prebet tibi paſcha·pre
bꝫ inquā ſiue ſit ann⁹ biſextilis ſiue non Tertia vero lux domī
dr̄ hic tertia dies dominica predicte lunationis que ſi occurrit de
nouo poſt predictas marcij nonas Si autem uis ſcire an p̄
ſens ann⁹ ſit biſextilis.vł non·diuide annos ab incarnatione
domini per quaternarios quibus diuiſis ſi nihil remanet indi
uiſum noueris annum preſentem eſſe biſextilem Alioquin to
tus ē ann⁹ poſt biſextū quot anni remanēt·ſiue ſit vn⁹ ſiue plu
res·vñ v̄ſus Si p bis binos dñ diuiſeris annos Qui fuerint
ſup̄ biſexti ſint tibi ſumma Quē nihil inuento plus nec min⁹
eſſe memēto Et nota ꝙ de mille ducētis ſexaginta annis diui
ſis per quattuor nihil remanet diuidendū Vñ anni qui extūc
ſunt vſqꝫ ad annū preſentē ſuperſunt ſolūmodo diuidantur ⁊
clareſcet vtrum preſens annus ſit biſextilis·

De ieiuniis quattuor tempoꝝ Caplm̄·xv·

De ieiuniis quattuor tpm tenēdū ē·ꝙ canonice celebrā
tur in q̄rta feria q̄ occurrit proxīa poſt exaltatiōꝫ ſācte

crucis· poſt feſtum ſancte Lucie· poſt dies cinerum· et poſt diē penthecoſtes· vñ v̄ſus. Poſt crux lucia cineres poſt cariſmata dya Vt det vota pia quarta ſequens feria· Et hūs perpendit ꝙ ſi duo feſta memorata. ſcʒ ſancte crucis et ſancte lucie feria quarta euenerint non in ipſa· ſed in ſequenti quarta feria ſunt ieiunia celebranda·

De ſententia excōmunicationis Capitulū· xvi.

Abſqꝫ litteris non dn̄t credere ſacerdotes ſuꝑ excõmunicationib⁹ ferendis vl' abſolutiōib⁹ faciendis Sn̄ias vero ab epiſcopo vel officiali ſuo vel a iudicibus a ſede apoſtolica tranſmiſſas audaciter ferre debent et latas diſtricte ſeruare· non parcentes timore alicui vel amore· cum paſſione tamen eas denuntient· nō tanꝙ maliciosi et emuli· ſed vt patres Illi autem qui excommunicationis ferunt ſententiam diligenter attendant illud quod dicit Innocentius· iij· in conſilio generali Sacro approbante conſilio probibemus ne quis in aliquem excōmunicationis ſententiam( niſi competenti ammonitione p̄miſſa et perſonis ydoneis preſentibus per quas ſi neceſſe fuerit poſſit probari monitio) ꝓmulgare preſumat· quod ſi cōtra preſumpſerit etiam ſi iuſta fuerit excōmunicationis cauſa ingreſſum eccleſie per menſem vnum nouerit interdictū· De hoc etiam dicit· Innocentius quartus· Quiſquis excōmunicat in ſcriptis proferat et cauſam expreſſe conſcribat· propter quā excommunicatio proferatur Exemplum vero huius ſcripture tenetur excommunicator tradere infra menſem excommunicato ſi fuerit requiſitus ſuper qua reſtitutione fieri volumus inſtrumēta publica vl' litteras teſtimoniales confici ſigillo autentico ſigillatas Si quis autem iudicum huius inſtitutionis temerarius violator exiſtat· per menſem vnum ab ingreſſu eccleſie ac diuinis offitijs nouerit ſe ſuſpenſum· et hec eadem in ſuſpenſionis et interdictionis ſententijs volumus obſeruari Caueāt aūt eccleſiaꝝ prelati et iudices vniuerſi ne predictam ſuſpenſionis ſententiam incurrant· qm̄ ſi contigerit eos ſic ſuſpenſos diuina

offitia exequi vt prius irregularitatem non effugient· ſuꝑ qua
cum eis non niſi per ſummū pontificem poterit diſpenſari
Ut aūt penā predictam parrochiales ſacerdotes poſſint eua-
dere· et ne propter ſuſpēſionē et irregularitatē ſupius memo-
ratas quas incaute excōmunicādo poſſent incurrere diuine lau
dis organa ſuſpendatur Cauere debent ſollicite ne aliquā
ſententiam ꝓferant generalem. vel ſpecialem· niſi cum magna
deliberatione· et in caſu in quo licet ſcḋm formam debitam
Demū vniuerſos et ſingulos preſbiteros in dn̄o depcamur ꝙ
tenꝰ elemoſinas et iura pauperꝝ et leproſoꝝ viduaꝝ et orpha
noꝝ et aliaꝝ miſerabiliū perſonarum conentur pietatis intui-
tu in parrochijs ſuis pro viribus promouere Exemplo beati
Siluestri pape· de quo in vita ſua legitur in hec verba Nulla
inops vidua· nullus orphanus indigens in tota vrbe rhoma-
na poterat inueniri. cuius nomen in ſua matricula nō haberet
conſcriptum Sacerdotes autem et clerici curam animarū
habentes tanto debent omnia ſeruare ſupradicta diſtrictiꝰ quā
to ex omiſſiōe alicuiꝰ nō ſolū dei offenſā· ſꝫ etiā ꝓpter hoc penā
grauē infligēdā a ſuis p̄latis poſſint nō immerito formidare

Explicit manuale parrochialiū ſacerdotū
actum Anno domini· M·CC·Lv·

Equitur de allocutione ſacerdotis et muti in inductio
ne ad ꝯfitendū Debet enī ſacerdos ꝓponere de dilecti
one dei patris q̄uo miſit filiū ſuū ꝓpter peccatores in mūdū· et
caritate chriſti· qualiter ꝓ peccatoribus redimendis mortuꝰ eſt
ſpinis coronatus. lancea ꝑforatus. manibꝰ ⁊ pedibꝰ clauis af
fixus· Cū in omībus diues eſſet pro nobis pauper factꝰ ē· vt
nos inde ditaremur Cōfiteatur vt mors chriſti ſibi ꝓſit Itē
chriſtus nō venit ꝓpter iuſtos. ſed propter peccatores Itē
nolo mortem peccatoris· ſed vt magis ꝯuertatur et viuat Itē
ſi confiteatur gaudiū facit angelis dei Item confortet eū nega

tio petri· perſecutio pauli· peccatū magdalene· confeſſio latrōis
adulterium dauid Qui tamen omnes q̄uis grauiter peccaue
rint veniam per penitentiam obtinuerūt· facta ꝯfeſſione ſacer-
dos dꝫ inducere penitentiā ad tria· Primo vt firmiter ꝓponat
abſqꝫ iuramēto vel voto· vt de cetero abſtineat a peccato mor
tali· et ab hijs que ꝯfeſſus eſt· ⁊ principaliter de luxuria Scd̄o
vt omnem rācorē dimittat ſi hꝫ Tertio vt ſi hꝫ aliquid de alie
no vl' iniuriā fecit alicui q̄ꝫcitius poterit ꝓ poſſe ſuo ſatiſfaciat
et ſi aliquid facere noluerit nō dꝫ ei dare penitentiam· ſꝫ poti⁹
innoteſcere vt non communicet. et ꝙ ſi ſic moreretur damnare
tur Conſiliū tamē poteſt ei dare· vt nō ceſſat a bonis operib⁹·
vt dn̄s det ei cor melius penitens Si ꝟo iſta tria vult facere
dꝫ attendere vtꝝ ſit in excōmunicatione vel nō Si vero ſit in
excōmunicatione et ad eum nō ꝑtinet· ad eū mittat cui pertinet
Si vero poſſit abſoluere abſoluat eū diſciplina et pſalmo Mi
ſerere· Si vero minori excōmunicatione· ſolo verbo abſoluat
et dicat Miſereatur tui deus Quib⁹ factis debet penitentiā
iniungere· quā poſſit portare Si eum inueniat in aliquo pec-
cato quod pertineat ad epiſcopum mittat illuc·

Caſus ſeruandi epo ſūt illi· Incendiarij De votis fra
ctis Iniectiōes manuū in parētes Homicidia Mu
lieres necātes pueros vel oborſū ꝓcurātes De monialib⁹ ſtu
prū Inceſtus de parentela vel conſanguinea vel affini· Periu
rij peccatū Peccatū contra naturā· Sacrilegiū Sortilegium
cum brutis·

Iſti caſus ſeruandi ſunt pape·
Ad papam clerum feriens· falſarius· vrens
Eccleſiam· ſymon· audens celebrareqꝫ miſſas.

·J·S·

restauriert Juli 1974, Hr.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg



BADISCHE
LANDESBIBLIOTHEK

Baden-Württemberg

restaurirt ... Hr.

BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg